PRESVETO TROJSTVO

Izlijevanjem Duha Svetoga u naša srca postali smo dionici vječnoga života triju božanskih osoba, Pravo je da posebnim blagdanom proslavimo Božje jedinstvo u trima osobama i Božje Trojstvo u jednoj naravi. Svi su promjenljivi dijelovi današnje Mise isprepleteni slavljenjem Božjeg Jedinstva i Trojstva. A slično je i s mnogim stalnim dijelovima sv. Mise, pa nas svaka Misa diže k presv. Trojstvu. Sve je od Oca po Sinu i Duhu Svetom (Posl.), pa njemu, trojednom Bogu slava u vijekove! Kako počinjemo svaku molitvu u ime presv. Trojstva tako je redovito i završavamo slavljenjem Oca i Sina i Duha Svetoga. Ovdje milosrđe trojnog Boga tvori naš život, a njegovo će slavljenje tvoriti našu vječnost.

INTROITUS Benedícta sit sancta Trínitas, atque indivísa únitas: confitébimur ei, quia fecit nobíscum misericórdiam suam. Ps. Dómine Dóminus noster, quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra ! Glória Patri.	ULAZNA Blagoslovljeno budi sveto Trojstvo i nerazdjeljivo jedinstvo. Hvalimo ga, jer nam iskaza svoje milosrđe. – Ps 8. Gospodine, Gospodine naš, kako li je divno tvoje ime po svoj zemlji! – Slava Ocu… Blagoslovljeno budi…
ORATIO Omnípotens sempitérne Deus, qui dedísti fámulis tuis in confessióne verae fídei, aetérnae Trinitátis glóriam agnóscere, et in poténtia majestátis adoráre unitátem: quaésumus ; ut ejúsdem fídei firmitáte, ab ómnibus semper muniámur advérsis. Per Dóminum.	MOLITVA Svemogući vječni Bože, koji si svojim slugama dao da u ispovijedanju prave vjere spoznaju slavu vječnoga Trojstva i da se u silnom veličanstvu poklone jedinstvu, molimo da se po čvrstoći iste vjere od svih nezgoda uvijek obranimo. Po Gospodinu…
EPISTOLA O Altitúdo divitiárum sapiéntiae et	POSLANICA Čitanje Poslanice bl. Pavla apostole

sciéntiae Dei: quam incomprehensibília sunt judícia ejus, et investigábiles viae ejus ! Quis enim cognóvit sensum Dómini ? Aut quis consiliárius ejus fuit ? Aut quis prior dedit illi, et retribuétur ei ? Quóniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt ómnia: ipsi glória in saécula. Amen.	Rimljanina (11, 33–36) – O dubino bogatstva, mudrosti i znanja Božjega! Kako su nedokučivi njegovi sudovi i neistraživi putovi. Jer, tko zna misao Gospodnju? Ili tko mu je bio savjetnik? Ili tko je njemu prije što dao da bi trebalo da mu uzvrati? Sve je od njega i po njemu i u njemu. Njemu slava u vijeke. Amen.
GRADUALE Benedíctus es, Dómine, qui intuéris abýssos, et sedes super Chérubim. Benedíctus es, Dómine, in firmaménto caeli, et laudábilis in saécula. Allelúja, allelúja. Benedíctus es, Dómine, Deus patrum nostrórum, et laudábilis in saécula. Allelúja.	GRADUAL Blagoslovljen si, Gospodine, koji motriš bezdane i stoluješ nad kerubinima. Blagoslovljen si, Gospodine, na svodu nebeskom i vrijedan hvale u vijeke. Aleluja, aleluja. Blagoslovljen si, Gospodine Bože otaca naših, i vrijedan hvale u vijeke, aleluja.
EVANGELIUM Sequéntia sancti Evangélii secúndum Matthaéum. In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Data est mihi omnis potéstas in caelo, et in terra. Eúntes ergo docéte omnes gentes, baptizántes eos in nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti: docéntes eos serváre ómnia quaecúmque mandávi vobis. Et ecce ego vobíscum sum ómnibus	EVANĐELJE Slijedi sveto Evanđelje po Mateju (28,18–20) – U ono vrijeme reče Isus svojim učenicima: »Dana mi je sva vlast na nebu i na zemlji. Pođite stoga i učite sve narode. Krštavajte ih u ime Oca i Sina i Duha Svetoga. Učite ih da vrše sve zapovijedi koje sam vam dao. I evo, ja sam s vama u sve dane do svršetka svijeta.«

diébus, usque ad consummatiónem saéculi.	
OFFERTORIUM Benedíctus sit Deus Pater, unigenitúsque Dei Fílius, Sanctus quoque Spíritus: quia fecit nobíscum misericórdiam suam.	PRIKAZNA Blagoslovljen Bog Otac i jedinorođeni Božji Sin i Duh Sveti, jer nam iskaza svoje milosrđe.
SECRETA Sanctífica, quaésumus, Dómine Deus noster, per tui sancti nóminis invocatiónem, hujus oblatiónis hóstiam: et per eam nosmetípsos tibi pérfice munus aetérnum. Per Dóminum.	PRIKAZNA MOLITVA Posveti, molimo, Gospodine Bože naš, po zazivanju tvojega svetog imena ovaj žrtveni dar, a po njemu i nas učini tebi vječnim prinosom. Po Gospodinu…
COMMUNIO Benedícimus Deum caeli, et coram ómnibus vivéntibus confitébimur ei: quia fecit nobíscum misericórdiam suam.	PRIČESNA Blagoslivajmo Boga nebeskoga i slavimo ga pred svim živim bićima, jer nam iskaza svoje milosrđe.
POSTCOMMUNIO Profíciat nobis ad salútem córporis et ánimae, Dómine Deus noster, hujus sacraménti suscéptio: et sempitérnae sanctae Trinitátis, ejusdémque indivíduae unitátis confêssio. Per Dóminum.	POPRIČESNA Bilo nam na spas tijela i duše, Gospodine Bože naš, primanje ovog otajstva i ispovijedanje vječnoga svetog Trojstva i njegova nedjeljivog jedinstva. Po Gospodinu…
Više informacija: http://sites.google.com/site/tradicionalnamisa/	


Atanazijevo vjerovanje (Symbolum Athanasianum)

Ant. Glória tibi, Trínitas æquális, una Déitas, et ante ómnia sǽcula, et nunc, et in perpétuum.

1. Quicúmque vult salvus esse, ante ómnia opus est, ut téneat cathólicam fidem:

2. Quam nisi quisqui íntegram inviolatámque serváverit, absque dúbio in ætérnum períbit.
3. Fides autem cathólica hæc est: ut unum Deum in Trinitátem in unitáte venerémur.
4. Neque confundéntes persónas, neque substántiam separántes.
5. Alia est enim persóna Patris, ália Fílii, ália Spíritus Sancti:
6. Sed Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti una est divínitas, æquális glória, coætérna maiéstas.
7. Qualis Pater, talis Fílius, talis Spíritus Sanctus.
8. Increátus Pater, increátus Filius, increátus Spíritus Sanctus.
9. Imménsus Pater, imménsus Fílius, imménsus Spíritus Sanctus.
10. Ætérnus Pater, ætérnus Fílius, ætérnus Spíritus Sanctus.
11. Et tamen non tres ætérni, sed unus ætérnus.
12. Sicut non tres increáti, nec tres imménsi, sed unus increátus, et unus imménsus.
13. Simíliter omnípotens Pater, omnípotens Fílius, omnípotens Spíritus Sanctus.
14. Et tamen non tres omnipoténtes, sed unus omnípotens.
15. Ita Deus Pater, Deus Fílius, Deus Spíritus Sanctus.
16. Et tamen non tres Dii, sed unus est Deus.
17. Ita Dóminus Pater, Dóminus Fíllius, Dóminus Spíritus Sanctus.
18. Et tamen non tres Dómini: sed unus est Dóminus.
19. Quia, sicut singillátim unamquánque persónam Deum ac Dóminum confitéri christiána veritáte compéllimur: ita tres Deos aut Dóminos dícere cathólica religióne prohibémur.
20. Pater a nullo est factus: nec creátus, nec génitus.
21. Fílius a Patre solo est: non factus, nec creátus, sed génitus.
22. Spíritus Sanctus a Patre et Fílio: non factus, nec creátus, nec génitus, sed procédens.
23. Unus ergo Pater, non tres Patres: unus Fílius, non tres Fílii: unus Spíritus Sanctus, non tres Spíritus Sancti.
24. Et in hac Trinitáte nihil prius aut postérius, nihil maius aut minus: Sed totæ tres persónæ coætérnæ sibi sunt et coæquáles.
25. Ita ut per ómnia, sicut iam supra dictum est, et únitas in Trinitáte, et Trínitas in unitáte veneránda sit.
26. Qui vult ergo salvus esse, ita de Trinitáte séntiat.
27. Sed necessárium est ad ætérnam salútem, ut Incarnatiónem quoque Dómini nostri Jesu Christi fidéliter credat.
28. Est ergo fides recta, ut credámus et confiteámur, quia Dóminus noster Jesus Christus, Dei Fílius, Deus et homo est.
29. Deus est ex substántia Patris ante sǽcula génitus: et homo est ex substántia matris in sæculo natus.
30. Perfectus Deus, perféctus homo: ex ánima rationále et humana carne subsístens.
31. Æquális Patri secúndum divinitátem: minor Patre secúndum humanitátem.

32. Qui, licet Deus sit et homo, non duo tamen, sed unus est Christus.
33. Unus autem non conversióne divinitátis in carnem; sed assumptióne humanitátis in Deum.
34. Unus omníno, non confusióne substántiæ: sed unitáte persónæ.
35. Nam sicut ánima rationális et caro unus est homo: ita Deus et homo unus est Christus.
36. Qui passus est pro salúte nostra: descéndit ad ínferos: tértia die resurréxit a mórtuis.
37. Ascendit at cælos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipoténtis: inde ventúrus est judicáre vivos et mórtuos.
38. Ad cuius advéntum omnes hómines resúrgere habent cum corpóribus suis: et redditúri sunt de factis própriis ratiónem.
39. Et qui bona egérunt, ibunt in vitam ætérnam: qui vero mala, in ignem ætérnum.
40. Hæc est fides cathólica, quam nisi quisque fidéliter firmitérque credíderit, salvus esse non póterit.
Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto.
Sicut erat in princípio, et nunc et semper, et in sǽcula sæeculórum. Amen.



Ant. Glória tibi, Trínitas æquális, una Déitas, et ante ómnia sǽcula, et nunc, et in perpétuum.

V. Dómine exáudi oratiónem meam.
R. Et clamor meus ad te véniat.

Sacerdotes addunt. V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Oremus.
Omnípotens sempitérne Deus, qui dedísti fámulis tuis, in confessióne veræ fídei, ætérne Trinitátis glóriam agnóscere, et in poténtia maiestátis adoráre unitátem: quǽsumus; ut, eiúsdem fídei firmitáte, ab ómnibus semper muniámur advérsis. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. R. Amen.